UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Variarvm Lectionvm Libri Dvo Theodori Canteri Vltraiectini

Canter, Dirk

Antverpiæ, M. D. LXXIIII.

Notatu[m] Henrici Stephani μνημονικον αμαρτκμα. Ca. 18.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70886

Visual Library

Ant. Muret. Variæ Lectio LIII 25

hoc eruditioribus indicandum relinquo, & in p-
mis doctiſſimo Iunio.

Noratum Henrici Stephani μνημονικὸ ἁμάρτημα.

CAP. XVIII.

NON *mihi, vt ſpero, vitio vertetur, ſi ea leuiora quædam, in gratiam ſtudioſorum (neq enim ſophis hæc non ſcribimus) atque adeò cuiuſ* μνημονικὰ ἁμαρτήματα*, ne alij deinceps eiu-uentis acquieſcentes, decipiãtur ac fallãtur, hoc ſtro opuſculo inſerere ac inferre conati fuerim Itaque vir noſtri ſæculi doctiſſimus Henricus phanus, qui ſummo iure Typographorum ſte appellari poteſt, inter fragmenta Alcæi refert hunc verſum:*

Αἰδὼς δισσαὶ εἴσιν, ἡ μὲν οὐ κακὴ, ἡ δ' ἄχθος οἴ

idq́ auctoritate Plutarchi, qui tamen hoc non siquidem ego hunc Plutarchi locum ſatis intelli poſſum. Citat enim hunc verſum, meo quidem iu cio, incerto, vt ſæpè aliàs, auctore. Eſſe autẽ Al vel vnus Euripides ſatis negabit, qui ſibi hũc aſſe apud quem in Hippolyto coronato ſic legitur:

εἰσὶ δ' ἡδοναὶ πολλαὶ βίου
μακραίτε λέσχαι καὶ σχολὴ, τερπνὸν κακὸν,
Αἰδώς τε, δισσαὶ δ' εἰσὶν, ἡ μὲν οὐ κακὴ
ἡ δ' ἄχθος οἴκων.

Et vt hoc etiam addam, hic verſus non ita legitur
apud

apud Plutarchum, quemadmodum adducitur ab Errico Stephano, ſed hoc modo:

Αἰδώς τε διοσαὶ δ᾽ εἰσιν, ἡ μὲν οὐ κακὴ *&c. vt apud ipſum Euripidem legitur, vt lector omnino certus ſit hunc eſſe verſum Euripidis, non Alcæi. Et in caſtigationibus ſuis in Maximum Tyrium ad hunc locum:* τοῦτ᾽ ἔστιν ἀμέλει τὸ τοῦ Συρακουσίου αἴνιγμα, νοῦς ὁρᾷ καὶ νοῦς ἀκούει, *ſic inquit: Vulgò hæc Heraclito adſcribi ſolent, qui non Syracuſius, ſed Epheſius fuit. Hæc ille. Quo loco memoriæ lapſus eſt vir doctiſſimus. Syracuſij enim ænigma nuſpiam, quod ſciam, Heraclito, ſed Epicharmo Comico, qui fuit Syracuſius, adſcribitur. Quod ſi teſtimoniis auctorum hoc loco mihi agendũ eſſet, infinita adducere atque adeò referre poſſem, ſed in re nimium manifeſta, minimeq́; dubia, teſtimoniis vti ſuperſedeo.*

Lactantius tribus in locis ab eodem errore vindicatus. & alter eiuſdem illuſtratus.

CAP. XIX.

SED *iam tempus eſt Lactantium etiam turpiſſima ac fœdiſſima, quæ ei hactenus inſedit, macula vindicare, præſertim cùm iam coniecturam noſtram veteres manu exarati codices confirment ac comprobent. Itaque libro 7. cap. 16. ſic inquit: Sibyllæ tamen apertè interituram eſſe Romam loquuntur, & quidem iudicio Dei, quod nomen eius habuerit inuiſum,*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN